Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift

143

sed domino tam libauit. exemplum prebuit militibus suis fortitudinis
et constantie. Vicit ergo naturam ut sitiens non biberet. quod suo
exemplo omnis exercitus tolerare sitim dixisset disceret. Quod si altius
uelis respectare et introspicere mysterium. sitiebat dauid non
vel ortum — aquam que est in bethleem. sed oriendum in ea de bethleem ex uir
ginem christum in spiritu preuidebat. Ergo uolebat bibere non aquam
fluminis. sed lauacrum ex latere christi fluentis. hoc est non aquarum
D. M — sitiebat dauid elementum sed sanguinem christi. Unde non bibit aquam
oblatam. sed domino fudit. significans sitire se christi sacrificium non na
ture fluentum. illud sacrificium in quo est remissio peccatorum.
illum sitire fontem eternum qui non periculis querit alienis sed pericla
aliena deleret. Cogitandum summopere est ut qui se inlicita memi
nit commisisse. a quibusdam etiam licitis studeat abstinere. quatenus
per hoc conditori suo satis faciat. ut qui commisit prohibita sibi
metipsi abscidere debeat etiam concessa. ut se reprehendat in
minimis. quem meminit in maximis deliquisse. Lex certe
ueteris testamenti alienam uxorem concupiscere prohibet. a rege
uero fortia iuberi militibus uel desiderari aquam non penaliter uetat.
Et cuncti nouimus quod dauid concupiscentie mucrone transfixus
alienam coniugem et appetiuit et abstulit. Cuius culpam digna
uerbera sunt secuta. et malum quod perpetrauit per penitentie lamenta
correxit. Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet. aquam
bibere ex eorum cisterna ex desidio uoluit. Cuius electi milites
inter cateruas aduersariorum medias erumpentes. aquam quam de
siderauerat inlesi detulerunt. Sed uir flagellis eruditus. semet
ipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit.
eamque domino fundens libauit. Sicut illic scriptum est. libauit eam
domino. In sacrificium quippe domini effusa aqua conuersa est. quia
culpam concupiscentie mactauit per penitentiam reprehensi